Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320227

18

THESES

JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. PHILOS. PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PETRUS JACOBUS EVERTS,

Arnhemiensis.

DIE XXV. M. MARTII A. MDCCCLII. HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

Mulier quae intercessit non obligatur, etsi renuntiavit Scto Vellejano.

II.

Frater fratri alimenta non debet.

III.

Si res aliena legata est, cujus commercium nec heres nec legatarius habeat, legatum valere, GLÜCKIO adsentiri nequeo.

IV.

Probandum est quod dicit GLÜCKIUS VII p. 26 heredes pupilli arrogati, qui emancipatus a patre adoptivo sine justa causa, ante eum decesserit, quartam DIVI PII petere posse.

V.

Prodigus liberos naturales agnoscere potest sine consensu curatoris.

VI.

Curator honorarius non adjungitur marito uxoris suae curatori.

VII.

Matrimonium sine libera voluntate initum valet ex ratihabitione expressa, licet tres menses praeterlapsi non sint; si autem statim separati sunt recepta libertate, post quinquennium, nullitas hujus matrimonii tamen peti potest.

VIII.

In art. 1063 Cod. Civ. verba bij *gebreke van de andere* intelligenda sunt, de casu quo alteruter executorum impeditus est, non de eo quod negotium gerere nolit.

IX.

A conjuge absentis bonorum communionem servare volenti, cautio non exigitur.

X.

Socio pecuniae, quam societati credidit, usurae debentur sine interpellatione.

XI.

Per derelictionem secundum art. 321 et 335 Cod. Merc. dominium navis et jus naulum petendi transfertur ad creditores, qui residuum restituere non tenentur.

XII.

Qui nominum ludi publici (loteriae) commercium exercet non est mercator.

XIII.

Probatio contra proxenetarum codices admittitur, nam art. 68 Cod. Merc. suppleri debet ex art. 10 eodem.

XIV.

Probandum est, quod pecunia numerata, aeque ac aliae res, de jactu tenetur.

XV.

Quod status forocessionis si concordatum homologatum non est, demum per rehabilitationem finitur, minus utile videtur.

XVI.

Nulla poena statuenda est in eum qui ob qualem

cunque causam, sponte a perficiendo delicto abstinuerit.

XVII.

In praevia inquisitione criminali jusjurandum a testibus praestandum videtur.

XVIII.

Qui noctu fenestras in domo aliena per petulantiam vel lasciviam effregerit puniri nequit ex art. 456 Cod. Poen.

XIX.

Civitati incumbit cura publicae institutioni normam praescribendi.

XX.

Definitio infanticidii, quae in art. 300 Cod. Poen. legitur, improbanda est.